Morski et Grzymala sese Quietant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Albertus Morski ab Una, et Alexander Grzymala partibus ab altera. Sani mentibus et corporibus existentes a Terris, Debitibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis privatis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum Successoribusque ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque Subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo interesse recognoscit. Quia ipsi sese mutuo et invicem de Inscriptione facta inter se Agentes
134 ratione certarum rerum et conditionum in eadem Inscriptione contentarum de actu et data illius Inscriptionis hic Premysliensis feria tertia post festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris proxima, Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono proxime praeterito confecta et conscripta, Manibus sui Recognoscentium propriis ab utrinque Subscripta, et Actis Terrestribus Premysliensibus cum interpositione Vadij Trium Millium florenorum polonicalium roborata, necnon de eadem ipsa Inscriptione Terrestri Premysliensi roboratoria ob praestitam sibi mutuo et invicem Satisfactionem quietant, eximunt, dimittunt, liberosque et absolutos perpetuo pronuntiant. Inscriptionem praefatam, eiusque Inscriptionem Terrestrem Premysliensem roboratoriam in toto et per omnia cassant, mortificant et annihilant, praesentibusque sibi suisque posteris ratione praemissorum omnium in perpetuum imponendo Silentium

[illegible]

Golanski Suskiemu Roborat

134 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Andreas Golanski. Sanus mente et corpore existens, a Terris, Debitibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis

ppriis et competentibus recedendo, praesenti vero castrensi capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarum quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus: Scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Generosi Stanislai Suski ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum de actu ipsoque hic Premysliae die vigesima septima Februarij Anno praesenti confectum conscriptum et datum, manu dicti Recognoscentis propria subscriptum. In omnibus et singulis eiusque scripti manualis conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadio, ligamentis, ac nexibus in vniuersum omnibus, eidem Generoso Stanislao Suski, ipsiusque posteris firmiter tenere, complere, exequi, ac inuiolabiliter obseruare, omnibusque et singulis illius contentis tam in toto, quam in quauis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere. Scriptum praefatum manuale, ad Inscriptionem praesentem roboratoriam et Inscriptionem praesentem roboratoriam, ad praedictum scriptum manuale vicissim in toto referendo: idque sub vadio Mille florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem, de eiusque posteros supradicto Generoso Stanislao Suski, suis ipsiusque posteris ob non completionem contentorum scripti eiusque manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo, quo quidem vadio, modo promisso ad soluendum succumbito, ac pro re aliqua puncto ex contentis scripti eiusque manualis non completa completionem [illegible] citatus coram [illegible] Recognoscens Generosus Andreas Golanski, suiue eius successores, ad instantiam praefati Generosi Stanislai Suski

110

veteris posteriorum, ad officium praesens castren. capitaneale Premisliense extunc recessu subito, quo ad rendum spectat mediante, temp. in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, vendere, vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere ac omne inducatum pati debebit et tenebitur, seq. ac suos successores ad ea omnia inscribit et obligat praesens. Illum terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes faciens, eius terminos temp. peremptorios vera infirmitate maiori, minori, vennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitii militari, ad Munimenta, ad Victores, vel alys quibusvis dilationibus et legibus impedimentis non differendo ad quaestionem praeterea ultra proximos officii praefati castrensis capitaneales Premislienses terminos, disponendo sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac promissa dicta praepositis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus fatalys Juris, praesertim Terri, bello, conventionibusque ac alys actibus Juris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Itaque praesens personali Recognitione ad promissa omnia et singula mediante.

Dijbowski Krasickiego Quietat et Tuebitur

135 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus castrensibus capitanealibus Premisliensibus Generosus Albertus Dijbowski olim Generosi Alberti Dijbowski cum Generosa Anna Malzewska procreatus Filius. Sanus mente et corpore exiens, a Terris, Actibus, Juribus, Jurisdictionibus suis quibusvis propriys et competentibus recedendo, praesens vero castrensis. Consorte ipsius legitima

Recognitio Actus In …